

DISSERTATIO IV.

DE IURE POSITIVO HUMANO PUBLICO,
ET PRIVATO,

seu

DE LEGE VOLUNTARIA HUMANA.

PRÆLOQUIUM.



US naturale gentium, & divinum positivum breviter hactenus exposui. Ius positivum humanum, publicum, & privatam, sacrum, & civile, quantum instituti mei ratio patitur, interpretari aggredior. Istius iuris illustrationem potissimum sibi vendicant Lutherani Doctores *Pufendorfus*, *Thomasius*, *Hobbesius*, *Goldastus*, *Goringius*, *Vitriarius*, & alii *Iuripublici* Protestantes. Cum istis in hac dissertatione manus mihi conlendera sunt, palamque sciendum, homines illos superficialios, nimisque superbia turbentes, plus tenebrarum quam lucis hinc scientiæ, & præconis etiam extollo. Sed addo, tanta eorum caligine hæc omnia obcurasse, at plus damni quam commodi attulerint lectoribus illis qui peregrina, insolita, & extranea magni facere, contemptis domesticis & solidis, conlueunt. *Samuel Pufendorfus* præ ceteris & crassissimis erroribus ius istud humanum publicum fecit; & potestatem sacram, impotentis furore abreptus, e solo penitus deinde infelicitate percontavit conatu; & unicam supremam potestatem civilem, in sacra & profana dominantem, propugnat. Singularem hoc de argumento libellum edidit inscriptum, *De habitu religionis christiane circa vitam civilem*. Istius male confarinati, & maledictissimi, atque rusticissimi sulo exarati, opusculi sophismata, & vanissima commenta, obiter licet, & aliud agens profragabo. Ex militatu, si otio aliquando abundavero, id peragam. Ea pauca dumtaxat in præfationum delibabo quæ satis sint ad expergefaciendos lapsos illos qui istorum Auctorum captiosis commentis, & exquisitis præstigiis turpiter fascinantur.

CAPUT I.

Legum humanarum fundamentum hominum societas. Obiter de societate coniugali, paternæ, herili, domestica, & civica. Institutio civitatum legum necessitate inferri. *Samuelis Pufendorfi*, & *Christiani Thomæ commenta reselluntur.*

PLures sunt hominis status. *Naturalis*, seu *physicus*, qui suam naturam attribuit essentialibus definitam prodat. *Moralis* ex liberis officiis coalescens. *Adventivus*, qui ex aliquo facto libero homini adve-

nit. Plurimi autem sunt status adventitii, quos *entia moralia Pufendorfi* appellat, eoque sulo calamo exponit *Lib. I. de I. N. & G. cap. 1.* quæque nos, utpote cuique per via, & minimi momenti, præterimus. Modi ne, an qualitates appellandi sunt eulmodi status, inter quaestiones inutiles similiter reicimus.

II. Primus inter omnes adventitios status est societas coniugalis, quæ, iure naturæ spectato, est simplex societas maris & feminae, sobolis procreandæ, riteque educandæ causa inita.

III. Auctores protestantes *Pufendorfus*, *Tho-*

masius, *Heinæcius*, ceterique omnes exponentes ius naturæ, matrimonii contractum, officia uxoris in marito, & contra, explicant: quam methodum absolute non improbarem; si Scriptores ethnici essent. At cum hi Christiani sint, & ad sola iuris naturæ decreta, legesque civiles magnum matrimonii sacramentum revocent; idcirco, eorumdem relictâ methodo, ego peculiari tractatu matrimonii contractum, ipectato naturæ iure, & sacramenti dignitate, iuxta ius divinum, a Christo Servatore nostro inventum, explicabo, & illorum Protestantium errores resellam.

IV. Societatem coniugalem consequitur proles, unde societas paternæ, seu domestica proficiscitur. Liberi quippe abique parentum subsidio vivere minime valent: idcirco necessitas societas vinculo a coniunguntur. Ex altissimo parentum debito alenda, educandaque proles oritur potestas patriæ in filiis. Hanc patriam potestatem sulo ego exposui *Lib. II. in IV. Decalogi mandatum*. Quomobrem prætereo quæ de hac scribere interpretes iuris naturæ solent. Eodem quoque loco societas herili iura declaravi, videlicet quæ sit dominorum in fervos potestas, & quod istorum dominis parendi debitum.

V. Ex hac triplici societate, coniugali, paternæ, & herili, coalescit societas domestica, seu familia, quæ ipectato naturæ iure, perfectæ dicti quodammodo potest. Has quoque societas consequitur altera, nempe civica, quæ his omnibus perfectior est.

VI. S. Thomas de regim. Principum *Lib. I. cap. 2.* *Franciscus Victoria* *releff. 111. & P. Christophorus Lavellus Tom. II. tract. 1. de civitate christiana* singulari eruditionis copia ante Doctores protestantes originem, proprietates, & regimen civitatum, seu humanarum societatum, in unum locum convenientium, explanarunt. Hanc civitatis finitionem produnt. Societas hominum est imperantium, & obedientium ob honestam tranquillitatem concessa. Verbis diversis civitatem definiunt alii, sed eodem residunt. Dividitur ex diversitate regiminis in simplicem, & mixtam. Simplex in monarchicam, & polyarchicam. Monarchica est summa potestas penes unum, qui omnes subditos absolute imperio regit. Polyarchica potestas est quæ residet in pluribus. Si pluralitas restringitur ad optimates, civitas est aristocratica, si ad populum extenditur, appellatur democratica. Mixta conlurgit, quando eulmodi regiminis formæ miscerentur, & temperantur.

VII. Civitatum originem non tam a libe-

ra hominum inventionem, quam ab ipsa natura arceitit *P. Franciscus Victoria cit. releff. 111. nom. 5.* Rationem promit ex S. Thoma *Lib. I. de regim. Princ. cap. 1.* Homo, animal sociale cum sit, communicationem appetit. Prima & fundamentalis communicatio est maris cum femina, sine qua humanum consistere genus nequit. Quapropter Deus continuo ac hominem condidit, dixit *Gen. 1. Non est bonum hominem esse solum*. Quam primam societatem consequitur altera herili cum parentibus, & parentum cum filiis; & his duabus tertia accedit servitutis, famulatus, & domini: quia homines vitam agere nequeunt abique aliorum hominum ministerio, & auxilio. Ex his tribus primis societatibus coalescit prima communitas domestica, & economicæ regimine directæ. Porro sicuti prima communicatio abique secunda, & tertia diu durare nequit; ita societas domestica necessario indiget communitate politica civitatis, quæ ex pluribus familiis conlurgit. Nulla quippe familia sibi sufficit, articulo instructa est necessarius ad humanam vitam. Alia ex parte, si familiae seorsum vivere, neque pax servari, neque iniurie reprimi ordinate possent. Quapropter peroptime inquit *Cicero Lib. de amicitia nihil Principi Deo in rebus humanis esse gratius quam homines habere inter se societatem ordinatam, & perfectam, quæ civitas dicitur*. Hæc societas coire in maiorem societatem valet, puta in Principatum, in Rempublicam, in Regnum.

VIII. Heine sequitur humanarum legum, & supremarum potestatum, quæ legum transgressores puniant, earumdemque observationem promoveant, necessitas. Siquidem non minus recte rationi consentanea est societas quam societati regimen aliquod, & leges, quibus bonum commune promoveatur, & societatis perturbatores coercerentur. Sed lubet verba ipsa S. Thomæ transferre, ut videant iactabundi naturalis iuris imitatorum Protestantes, quanta perplicitate iuris naturalis, & humani principia iam a pluribus seculis ante illorum *Deformationem* fuerint explanata. Inquit ego *Angelus loc. cit. Et si quidem homini convenire singulariter vivere, sicut multis animalium, nullo alio dirigente indigeret ad finem; sed ipse sibi unusquisque esset Rex sub Deo summo Rege, in quantum per lumen rationis divinitus datum sibi in suis actibus seipsum dirigeret. Naturale autem est homini ut sit animal sociale, & politicum, in multitudine vivens, magis etiam quam omnia alia animalia; quod quidem natura-*

turalis necessitas declarat. Aliis enim animalibus natura preparavit cibum, tegumenta pilorum, defensionem, ut dentes, cornua, ungues, vel saltem velocitatem ad fugam. Homo autem institutus est nullo bonum, sibi a natura preparato; sed loco omnium data est eratio, per quam sibi hac omnia officio manuum possit retractare: ad que omnia preparanda unus homo non sufficit. Nam unus homo per se sufficenter vitam transigere non potest. Ergo iuris homini naturale quod in societate multorum vivat. Si ergo naturale est homini quod in societate multorum vivat, necesse est in hominibus esse per quod multitudine regantur. Multitudo enim existens humanis. Et ungueque id quod sibi est proprium providente, multitudine in diversis dispergetur, nisi etiam esset aliquis de eo quod ad bonum commune multitudinis pertinet, curam habens: sicut et corpus hominis, & cuiuslibet animalis distingeret, nisi esset aliqua vis regitrix communis in corpore, que ad bonum commune omnium membrorum intenderet. Quod considerans Salomon dicit: Ubi non est gubernator, corruet populus. Oportet igitur esse in omni multitudo aliquod regitricum. Plurima alia quae ibidem hinc pertinentia S. Thomas habet, prætereo, que penes ipsum videre poteris.

IX. In istius angelicæ doctrinæ conspectum veniant commenta Samuelis Pufendorfii, qui Lib. VII. de iur. nat. & gen. cap. 1. §. 4. (cui de more accedit Thomaeus Insp. iurispud. divini. Lib. I. cap. vii. num. 21. & sequent.) docet: Civitatem quibuslibet naturalis libertatis iacturam facit, ac imperio se subicit. Atque ad hoc naturaliter fertur homo, ut nemini subiectus esse, ut omnia sua agere arbitrio, ut proprio commodo in omnibus velit fieri velit. Similia Thomaeus scribit. Hac est ergo istorum argutio. Naturalis inclinatione homo eo fertur ut nemini subiectus esse velit. Civilis societas necessario imperium, & dominium in homines, qui societatem componunt, includit. Ergo naturalis hominum inclinatio societati civili rognat. Et Pufendorus, qui ita arguatur, ille ipse est qui in societate, veluti in postlimo fundamento, principia naturalis iuris constituit. Quemam ergo est istius societas Pufendorfianæ notio? Ut homines brutorum more congregateur, & impotentis naturæ appetitiones sequantur. Et hi sunt, quos libelles Metaphysicos quidam appellant? Quantum ergo est Pufendorfii, Thomaei, aliorumque Protestantium lectio colligere poterit, homines illi ingenio quidem valent, sed a natura, & iudicio laborant. Si quid boni in

scripitionibus eorum occurrat, totum mutuari a nostris sunt. Quae illorum sunt propria, si quamdam eruditionem excipias, inepta sunt, & vana commenta, vix ancillis digna. Ecquis enim vero non reprehendit vanitatem argutionis factæ? Liber sane homo est; at libertatis illius radix, & ut probavi, principium recta ratio est. Recta autem ratio ordinatam societatem amandam appetendamque proponit. Amat homo libertatem; sed eam libertatem qua praditus est. Hac autem libertas, cum sit creata, natura sua subiectionem importat. Natura filii subiectus est patri, uxor marito, famulus domino. Societas hæc domesticæ consistere absque imperio, & obedientia nequit. Hæc eadem ratione paternitas civis factus naturali inclinatione sui, & familiæ conservacionem cupit. Ergo eadem inclinatione appetit ordinatam subiectionem rectori societatis: amat tranquillitatem, & felicitatem propriam, qua sine gubernatore potiri minime valet. Homo liber est. Audio. Ergo a natura lege, a Dei imperio exemptus? Non ergo natura legibus, non divinis mandatis subiectus homo erit? Libertas hæc suapte natura subiecta nascitur Deo, naturæ, & societatis legibus. Falluntur ergo, & quidem exarviter, Doctores protestantes, dum libertatis iacturam inferunt ex ordinata subiectione ad illas leges sine quibus consistere hæc libertas tranquille nequit. Numquid corporis membra aliquid patiuntur detrimentum, quod vi moderatrici subdantur? Conferantur vasa istorum ratiunculæ cum solida, unaque profunda Metaphysica S. Thomæ; qui futa, & peripicua oratione evincit hominem naturæ inclinatione ferri in hunc imperandi, parentique ordinem, sive domesticum, sive politicum: & tum nemon non deprehendit quam sint leviculi homines illi, qui, omnium antiquorum doctrina contempta, iuris naturalis & voluntarii scientiam sibi superbiuncule arrogant. Sapienter ergo cum S. Thomæ PP. Victoria, & Javellus definiunt, civitates, & Respublicas hæc esse hominum inventum, sed ipsius naturæ rationalis factum.

X. Causa itaque efficiens proxima civitatis est ipse tactus hominum consensus, a rehta ratione dictatus. Plura autem sunt quæ ad civilem hanc societatem eorumdem impellere: ut advertunt post S. Thomam Victoria, & Javellus, nempe matorum metus, atium, commerciorumque necessitas. In civili quoque societate tres hominum classes maxime eminent, mercatorum, militum, iudicum; seu

senatorum. Mercatorumque vitæ necessaria; militumque vitæ alende sunt necessaria; militares ac repellunt qua sunt perniciosa; senatores rem communem dirigunt. M. Tullius Lib. I. offic. cap. XVIII. civitatis ordinem optime describit his verbis. Cum hoc sit natura commune omnium animalium, ut habeant subidem procreandi, prima societas in ipso coniugio est, proxima in liberis, deinde una domus, cui sunt communia omnia. Id autem est principium urbis, & quæsi seminarium Respublicæ. Sequuntur statum contumeliones, post confideriorum, solumurque; qui cum una domo capi non possunt, in alias domos, tamquam in colonias exeunt. Sequuntur comitibus, & affinitates, ex quibus etiam plures propinquit, que propagatio, & soboles origo est Respublicarum. Sanguinis autem coniunctio & benevolentia devincit caritate homines. Magnum est enim edam habere monumentum maiorum, isdem ius facies, sepulcra habere communia. Sed omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior quam cum viri bonioribus similes sunt familiaritate coniuncti. Solus istius Ethnici liber morum, atque virtutum documenta continet, que plus instrumentum omnia que hoc de argumento hæctenus scripsere Pufendorfus, Thomæus, Cumberlandus, Wolfus, ceterique Protestantes.

XI. Civitatis forma est summum imperium. Civilis finis est bona, tranquillæque vita, que morum honestate, amore mutuo, iustitia, & æquitate ordine consistit. Illam exterius ornant bonorum, divitiarumque copia, & pax. Plura de civitate simpliciter, & mixte proprietatis scribunt præter Victoriam, & Javellum, Grocius, Pufendorfus, Thomæus, aliique; que omnia prætereo, utpote nullius feræ momenti.

CAPUT II.

De maiestate, seu summa potestate civili. Eiusdem origo, & prerogative. Errores Vi-trianii, Thomæi, Pufendorfii, ceterorumque Protestantium obiter resulantur.

FORMAM civitatum diximus esse maiestatem, seu summam potestatem. Eius notio variis describi verbis solet, que tamen eodem recidunt. Est quippe facultas nullum habens superiorem, dirigendi civium actiones ad commune, & publicam felicitatem. Quo finitio abstrahit a Principibus christianis, qui spirituali regimini subdunt. Hæc summa potestati non officit ius protectionis; sed con-

tinuenter cedat: quidquid abulerent heterodoxi Protestantes. Hæc summa potestas a legibus coactivis, exceptis naturalibus, & divinis, libera est. Nec propterea Reges alique Imperii Principes exiles sunt; sed suarum legum directioni, tametsi non coactioni, subiunguntur. Antecessorum leges abrogare successores valent, ut Grocius ipse advertit Lib. I. cap. VIII. §. 7. Plures maiestati summae perpetuitatem adtribunt, quod temporaria maiestas non summa, sed præcaria potestas dicenda sit. At hoc gratis asseritur. Tempus quippe nec privatorem, nec publicorum iurium mensura est; ut advertit laudatus Hugo Grocius loc. cit. §. 11. cui accedit Vitruvius Lib. Inst. cap. III.

II. Dividunt potestatem summam in absolutam, & limitatam. Nulla illa conventiono restringitur, quemadmodum ista, saltem quantum ad usum & exercitum eiusdem. Altera partitio est in patriamotalem, absolute prærietary iure sulitam; ut illi que regnum iure belli acquiritum possidet: & non patriamotalem, qualis est ea que regnum per legem delatum obtinetur. Tertia divisio est in civilem, qua primum subditorum utilitatem spectat; & in heritiam, qua primario in imperantium commodum cedat. Alia denique est electiva, successiva alia.

III. Summe potestatis originem a Deo communiter accellant Scriptores omnes. Idque declarat Salomon Prov. VIII. per se Reges regnant, & legum conditores iustia decernunt. Et profecto quemadmodum inferiores Principes a summa maiestate; ita summa maiestas terrena a supremo Rege, Dominoque dominantium pendente necesse est. Illud in disputationem vocant tum Theologi, tum Isti, si ne a Deo proxime, aut tantum remote hæc potestas summa? Immediate a Deo haberi contendunt plures; quod ab hominibus neque coniunctum, neque sigillatim acceptis haberi possit. Omnes enim patresfamilias æquales sunt, solaque œconomica in propria familia potestate fruuntur. Ergo civilem politicamque potestatem, qua implicent, conferre aliis nequeunt. Tum si potestas summa a communitate, tamquam a superiore, uni, aut pluribus collata esset, revocari ad natum eiusdem communitatis posset; cum superior pro arbitrio retractare communicatam potestatem valeret; quod in magna societatis detrimentum recideret.

IV. Contra disputant alii, & quidem probabilibus ac veris; advertentes, omnem quidem potestatem a Deo esse; sed addunt, non transferri in particulares homines immedia-

te, sed mediante societatis civis voluntate. Quod hæc potestas sit immediate, non in aliquo singulari, sed in tota hominum collectione, docet conceptis verbis S. Thomas 1. 2. q. 1. ar. 3. ad 2. & q. xlviii. ar. 3. ad 3. quem sequuntur Dominicus Soto Lib. 1. q. 1. ar. 3. Ledelma II. Part. q. xviii. ar. 2. Covarruvias in pract. cap. 1. Ratio evidens est: quia omnes homines nascuntur liberi, respectu civilis imperii; ergo nemo in alterum civili potestate potuit. Neque ergo in singulis, neque in aliquo determinato potestas hæc reperitur. Consequitur ergo in tota hominum collectione eandem extare. Quæ potestas non confertur a Deo per aliquam actionem peculiarem a creatione distinctam; sed est veluti proprietas ipsam rectam rationem consequens, quatenus recta ratio præscribit ut homines in unum moraliter congregati expresse, aut tacito consensu modum dirigende, conservandæ, propugnandæque societatis præscribant.

V. Heine inferunt, potestatem residentem in Principe, Rege, vel in pluribus, aut capitulatis, aut plebeis, ab ipsa communitate aut proxime, aut remote proficisci. Nam potestas hæc a Deo immediate non est. Id enim nobis constare peculiari revelatione debet; quemadmodum scimus, Saulem, Davidem electos a Deo fuisse. Ab ipsa ergo communitate dimanet oportet.

VI. Fallam itaque reputamus opinionem illam quæ asserit, potestatem hæc immediate a Deo conferri Regi, Principi, & unico supreme potestati, excluso Reipublicæ tacito, aut expresse consensu. Quamquam his hæc verborum notiones quam rei est. Nam potestas hæc a Deo auctore nature est, quatenus disposuit, & ordinavit ut ipsa Reipublica pro societatis conversatione, & defensione uni, aut pluribus supremam regimini potestatem conferret. Immo facta designatione imperantis, aut imperantium, potestas hæc a Deo manare dicitur, quatenus iure naturali, & divino tenetur societas ipsa parere imperanti. Quoniam reipha Deo ordinavit ut per unum, aut per plures hominum societas regatur. Et hæc via omnia conciliantur placita; & oraculâ Scripturarum vero in sensu exponuntur. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Et iterum: Non est potestas nisi a Deo: ad Rom. xliii. Et Petrus Epist. I. cap. 11. Subiectis esse omni creaturæ propter Deum, sive Regi &c. Item Ioan. xix. Non haberes potestatem nisi a Deo. Quæ, & alia testimonia evincunt, omnia a Deo, su-

per moderatore, dispositi, & ordinari. At non propterea humanæ consilia, & operationes excluduntur; ut sapienter interpretantur S. Augustinus tract. vi. in Ioan. & Lib. xxli. cont. Faustum cap. xlvii. & S. Ioannes Chrylologus hom. xliiii. in Epist. ad Rom. Non est potestas, nisi a Deo. Quid dicit? Ergo omnis Princeps a Deo constituitur? Ipsi non dicit. Non enim de quoque Principe mihi sermo est. Sed de re ipsa, id est de ipsa potestate. Quod enim Principatus sint, quodque non simpliciter, & remaneant ferantur, divina sapientia opus esse dico. Propterea non dicit: Non enim Princeps est nisi a Deo. Sed de re ipsa differit dicens: Non est potestas nisi a Deo.

VII. Quod opponunt, potestatem, a communitate collatam, esse revocabilem ad nutum, nullius momenti est. Nam, si absolute conferatur, nullo revocari modo potest. Si vero pacta, aut conventiones intercedant; servanda hæc sunt, tanquam in bonum societatis adiecta. In regnis successivis primus imperans immediate, ceteri successores mediate a Republica potestatem accipiunt.

VIII. Heine colligit, iure nature aristocraticam communitatem esse, summam exercere maiestatem aliqui regimini aut monarchici, aut aristocratici, aut democratici, aut mixti, forma. Quoniam fieri nequit ut multitudine populola seipha moderari Reipublicam valeat: quia in quolibet negotio singulorum expectari placita deberent; quod humane conditionis facultatem excedit.

IX. Hanc controverliam vulgo calamo, & redundantis eruditionis copia versat P. Natalis ab Alexandro diss. vi. in let. xv. & xvi. Sed non pari perspicuitate. Contendit, potestatem regiam immediate a Deo esse. Sed num. 18. non valde sibi constans, inquit: Ex eo quod regis a dominatio iure gentium introducta sit, sicut ecclesiastica potestas &c. Et post pauca libidit: Esti regia potestas quondam sensu a Deo non sit immediate instituta, sed media hominum electione, qui publicam potestatem, in Republica residentem, in unum transfuderunt; certum nihilominus est politicam potestatem in genere immediatam originem a Deo habere, qui homines in unam primum generis societatem & Reipublicam sub Adamo Principe coadunavit. Nemo inficiatur, potestatem in genere a Deo esse; & polita populi electione, aut consensu, ipsam Principum potestatem a Deo immediate proficisci, populoloque iure naturali, & divinoque parere supremis potestatis debere. Hoc, & non amplius, licet non ad-

eo inculcentur, probare videntur argumenta P. Francisci Victoria in cit. relect. de potestate civili. Quæ omnia evincunt, de voce, non de re, tam acriter disputare Theologos plures hæc in controverfia.

X. Maiestatis supremæ, prerogativas, & iura, alia maiora, seu regalia iurifusca vocant, utpote a regia potestate inseparabilia; ut sunt conservatio, & defensio Reipublicæ; alia minora, seu regalia extrinseca; sicut tranquillitatem, & securitatem tam internam, quam externam Reipublicæ. Huc quippe spectare potestatis summæ studia debent; minime vero eo ut pro ingenio Reipublicam moderentur.

XI. Opponunt cum Machiavello Hornius Lib. II. de civit. Part. I. sect. 6. §. 17. & Vitriarius de sum. potest. illud Reg. I. cap. viii. Hoc erit ius Regis qui imperaturus est vobis. Fictus vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites, & præcutores quadringentorum suorum. . . . Filios quoque vestros faciet sibi inqueantibus, & focarias, & panifinas. Agros quoque vestros, & vineas, & arboræta optima tollet, & dabit servis suis. Heine Hornius Reges Prædones vocat, effutitque, id eos in territorio omne posse quod Deus in universo. Et Vitriarius inguitens, an Samuelis viii. describitur verum ius regium, adfirmat: quia omnes actus ibi designati vitium nullum continent. Quod commentum adeo absurdum est, ut nec consultatione egeat. Lippis, & tonioribus notum est, Deum ibi abulium regie potestatis describere, & ad plebendam populi temeritatem, & scelera, prædicere gravamina, & oppressiones sub petto Regis ferendas. Vera Regis iura describit Deus Deuteronom. xvii. Cum fuerit confirmatus, non multiplicabit sibi equos. . . . Non habebit uxores plures, que alienent animum eius, neque argentum, & aurum immensa pondora. . . . describit sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar a Sacerdotibus Levitico tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vite sue, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & ceremonias eius, que in lege præcepta sunt. Hæc ius Regum prerogativæ. In supremo dignitatis fastigio luxum, saltum, superbiam in ordinem redigere temperantiæ & modestiæ freno: legem Dei, eiusdemque germanam interpretationem audire, eaque omnia exequi qua lex divina prescribit.

XII. Munia, & prerogativæ Regis sunt

Conr. Theol. Tom. VI.

Rempublicam ab exteris defendere, secretarum levare. Heine confugit ius maiestatis belli, & pacis, omnibus facultatibus in hunc finem necessariis ornatibus; videlicet imperandi subditis, tributa bella & aqua, iuxta auctoritatem bona paritenda, imponendi, facienda incendi, equæ omnia peragendi iustitiam, & securitatem Reipublicæ opportuna iudicaverit. Quod potissimum Regibus Deus inculcat in laudato Deuteronomii textu, est, quod legem Dei custodiant, curentque observari a subditis, verum Deum cultum, sanctamque religionem sartam et lectam repugnent. Religionum diversitates populorum animos in partes contrarias, in diffidia, factiones, & rixas trahunt. Ius sacrum quo Principes potentiunt, eo tantum pertinet, ut religionis unitatem, cum una sola vera sit, promoveant, Ecclesiam teneant, ordinem sacerdotalem protegant. Contra, Potestantes crocitant, & quasi heretice religionis, dummodo in se Reipublicæ non sint, admittendas a Rege contendunt. Nec errores intellectus (inquit Hermann Kemmerichius in Elem. I. N. & G. Part. II. cap. viii. fol. 238. num. 25.) etiam qui circa religionem admittuntur, ut qui hereses nomine notari solent, pacis subici debent, modo sub pretextu religionis Reipublicæ non turbent. Hæc sunt effata protestantia, Libertas conscientia. Quis pro ingenio religionem effingat? Taisiis, & Alant, Hunni, & Gothi, Sarmata, & Cimbrî, Torce, Peris, & Indi iua numina colant, iustaque religiones exerceant, quin regie impediat maiestas. Quæ omnia latius explicat Impius Petrus Bellius in quo Comment. Philosoph.

XIII. Dominium maiestatis regie supremæ, & eminentis legis naturalibus, divinisque coercetur est. Possunt summi imperantes bona subditorum in publicos, urgentes necessitate, usus convertere, domos diruere, agros excurrere, & plurima alia præferre; sed semper æquitate, & iustitiæ legis servatis. Iuripublicitæ protestantes, Grotius, Pufendorfius, Coringius, Vitriarius, Thomastus, Hertius, Heinecius sulo calamo hæc omnia dispiciunt. Modos acquirende, amittendæque maiestatis summæ, iura belli, pacisque, toderum pacta, & conventiones late enucleant. Hæc omnia præterea, utpote ab instituto modo aliena. Quod quod hæc cum ad ius civile maiori ex parte attingent, omnes fere legulei ad latietatem versant. Nec est quod ibi plaudant heterodoxi Protestantes, quasi soli hæc exornaverint partem. Iusta tamen laude eorumdem conatus, studia, & molimina defraudanda minime sunt.

§. I.

Immo diligentiam, laborem, & eruditionem magno opere commendanda dicitur; quemadmodum errores quo adversus iuris naturalis decreta evulgantur, repellendos occasione data excussumus. Grocius civitatis, & potestatis summæ originem ordinationem humanam vocat. Pufendorfius immediatam originem dicit ex pactis. Contra sentit Thomaius iurisprud. auct. Lib. III. cap. vi. num. 75, ubi hæc habet. Si enim (inquit) civitates originem suamperant ab hominibus improbis (ut continentur aliquo modo Pufendorfius) Deus non potest antea deinceps præcipere hominibus ut societates civiles instituerentur, sed sufficit, si postea institutam probaverit. Malus, similiter Lutheranus, carnisficis manu cremari Hæsius Thomasi scripta curavit, quod causam imperii immediate a Deo non derivari. Vitriarius insinuat. I. N. & G. qu. cxxi. cap. 111. singularem evulgavit errorem, negans societati humanæ potestatem summam Regi, sive Principi communicandam. Populus nunquam concessit potestatem Regi, quam nunquam habuit; sed solus Deus; & populus liber, Regem sibi eligendo, inter manus Dei, a quo proxime accepit, eam resignat: qui postquam a populo Rex est electus, eam Regi conferit. Hæc pauca debelle sufficiat. Nec enim singula excurrere, oportet, aut inliciti ratio sinuat; sed nec esse operæ pretium.

CAPIT. III.

De iure civili publico, & privato. Inispublicis protestantes turper confundunt ius civile supremum cum sacro. In examen præcipue vocatur doctrina quam tradit Samuel Pufendorfius in libello inscripto, De habitu religionis Christianæ ad vitam civilem.

QUÆ hic tractanda propositi, dispartita sunt. At, quia Doctores Lutherici, potissimum Pufendorfius, illa coniungunt; idcirco & nos hoc in capite eadem discutendam suscipimus. Contendunt novatores, supremæ potestati civili annexam esse potestatem in sacra: que duo nota, minus ac eadem a terra invicem distant. Ut confusio vitetur, caput istud in sequentes paragraphos tribuo.

Origo iuris civilis, eiusdem acceptiones variæ. Discrimen ius publicum inter & privatum. Inepte gloriantur Scriptores Lutherici, se & tenebris in lucem eduxisse ius publicum.

I.uris civilis origines elegant, eruditique scalamo explanat præclarus Iohannes Vincencius Gravina Lib. III. Et quantum istud anonomatice Romanum appellatur, adhibet librum singularem de Romano Imperio. Verum non illa dumtaxat que nostro morem formandum instituto conducunt, in medium adducemus.

II. iuris civilis acceptiones variæ. Quandoque sumitur pro omni iure, sive naturali, sive gentium quo civēs utuntur. Sed acceptio hæc impropria est. Secundo pro iure Romano habetur. Sed vera acceptio pro iure politico, quod legumlatoris condunt ad optimum cuiusque Reipublicæ regimen.

III. Ius civile hoc in significatu acceptum duplex, publicum, & privatum. Illud sic nuncupatur, quod manifestum, non privatum; sit; & sub triplici aspectu consideratur. Primum a causis effectricibus vocatur publicum, quod publica auctoritate conditum est. Ad quod pertinet tutela, testamenti confessio, beneficium legis Falcidicæ, & alia iura, de quibus IGI late disputant. Secundo ius publicum vocatur ab effectu, quatenus omnibus commune est, & universos respicit civēs. Quo in sensu opponitur privilegio, quod non ad universos, sed ad singulos attingit. Tercio a fine ius publicum suam accessit denominationem, prout commune & universalem respicit utilitatem, tranquillitatem, & commodum. Et iuxta hunc sensum accipit Imperator ius publicum §. fin. Inst. de l. & l. & litus l. vari §. huius, ait, ius publicum esse quod ad statum rei Romanæ spectat.

IV. Communis iuris publici finitio, in hæc tertia acceptione spectati, hæc præbetur. Ius est quod directè, & principaliter ob publicas causas, & utilitatem universalem constitutum est. Moderni IGI tribuunt illud in antiquum & commune contentum in ultimis tribus libris codicis; & in speciale sive hodiernum, quod facta Romani imperii translatione a Grecis ad Germanos in Caroli Magni personâ, Leonis III. Romani Pontificis auctoritate, coalescit ex Constitutionibus, Recessibus imperii, Capitulationibus Imperatorum. Ihtus tamen iuris Romano-Germanici primum, potissimumque fundamentum est **BULLA AUREA Caroli IV.**

V. Qui.

V. Quibus constitutis, hoc inter ius publicum & privatum IGI discernimen assignant. Lex omnis propter bonum commune fertur, hæc tamen diversitate, quod ius civile privatum immediate, & directè, & in executione singularum utilitatem & commodum spectat; quod postea in bonum Reipublicæ commune, coalescens ex subditorum bonis, & commodis, cedit. Contra ius publicum directè, & in executione principaliter utilitatem publicam intendit; que postea in singulos manat. Finit itaque publici iuris immediatus est bonum publicum tam in intentione, quam in executione.

VI. Iuris publici auctor est summa potestas, in imperio Imperator, in regno Rex, in principatu Princeps, in republica Magistratus, penes quos summa residet maiestas: quoniam ius publicum est vera lex, vocaturque ius legale; lex autem ab eo egreditur qui curam genti communivatis. Quilibet Republica, immo quilibet civitas, non subdita alicui, sua habet iura tum publica, tum privata: quia, his subiacet iustitiam, tranquillitatem, pacem, commune bonum considerere nequaquam valent. Heinc ius tum publicum, tum privatum Romanum, cum ipsa fere Republica ortum habuit; quanvis non continuo ac leges privatae instituta prodierunt, scriptis consignata fuerint. Quilibet princeps patius qui superiore non agnovit, sua iura publica, & privata habet. Et iura sive publica, sive privata unius principatus, regni, aut imperii, nisi quidquam iuris naturalis, aut divini continent, non abringunt libdros alterius principatus, sed illos dumtaxat qui subiecti sunt illi supremæ potestati a qua iura manant.

VII. Iurispublicitæ protestantes sibi plaudunt, quod ius publicum exornaverint, & veluti in sepulcro iacens, ad vitam revocaverint. Erreptiæ Coringius, Hornius, Masius, Heriing, Vitriarius, & innumeri alii ingentia volumina ediderunt, quibus ius publicum Romano-Germanicum illustrant. Et, ad hoc quod attingit, laudanda est eorumdem diligentia, labor, industria, & eruditio a ceteris Germanis, qui ex illorum vigiliis, & sudoribus fructum capiunt. At cetera nationes, ab Imperio Teutonico libere, nihil ex illorum operibus proficere valent. Revolvit ergo ingentia volumina Hertzi, Vitriarii, aliorumque; acitatum intellectus, me oleum, operamque ludere in eorum lectione: non quod eiusmodi scripta methodo, eruditione, & ratione careant, sed quod ad solos imbuedos Germanici imperii subditos attingant.

Quemadmodum illi otio, & litteris abutentur, si libros qui iura publica, & privata, Veneta, Gallica, Hispanica, Anglica, Polonica, legere vellent; nisi peculiarem haberent finem, quemadmodum Romani, qui Græcorum leges exciperent, ut inde optimas pro sua republica regime lege eruerent; qua tamen eruditione imbui illi debent qui principatus regimen, vel ministerio destinati sunt, aut publicas litteras principatus moderantur academias, & universitates. Quare sicuti commendandi funt heretodoxi Protestantes, qui exornando iuri publico Casareo sirenium navbarunt operam; ita censura digni essent aliorum regnorum, & universitatum moderatores, si propriæ nationis publica & privata iura ad communem patriæ utilitatem illustrare negligerent. Verum hæc nihil ad nos.

§. II.

Iurispublicitæ protestantes Grocius, Goldastus, Pufendorfius, Coringius, ceterique eiusdem sententiæ, ius sacrum cum civili permiscentes, servumpublicum regimini perturbaverunt. Nonnulla effata ex libello Pufendorfii de habitu religionis Christianæ ad vitam civilem delibatur.

I. Protestantium studia in iure publico illustrando commendavi. At nemo ratione prævidit, & partium studio vacare potest non improbare eorumdem conatus, quibus ius publicum christianiorum Imperantium incredibilem confusione obtreberant, & ineptissimos paradoxos implicarunt. Horum agmen ducit Samuel Pufendorfius, luthericico sermone præ ceteris inflatus, qui in suo libello de habitu religionis Christianæ ad vitam civilem, suam bilem, scommata, & rufica concivica, homine honesto indigna, evomit in Papatum; nullumque non movet lapidem, ut ius in sacra Principibus tribuat. Nemo mihi vitio vertat, si homines istos durior interdum excipiam ferula: quoniam illi adeo furentes in Catholicos debackantur, ut non homines, sed immanes feras, exsilvis illis septentrionalibus erumpentes, ira, odioque impunitas, agnoscat. Alias dixi, fœpugnique repetendum existimo, factas omnes magis & minus commiserationem mereri. Verum Lutherana, & Calviniana, ceteraque protestantes turbæ tam impotenti fœpugna fatuque tumunt, ut minime illas pudeat adversus quindecim seculorum cultores Christianæ institutionis nationes evocare erigere, & univêrse catholice Ecclesiæ do-